

Vof. XXIII. Miscell.

C. D.

PK
2882

h. h. II, 217

h. 61, 23.

DE

AEDIFICIO PRAEDII NOBILIS

VVLGO:

Von denen Gebäuden derer Ritter- oder
Adelichen Sizen/ derselben Freyh- und Gerech-
tigkeiten/ auch denen dazu gehörigen
Frohn-Diensten.

SVB PRAESIDIO

DN. PETRI MÜLLERI, ICTI
CONSIL. SAXON. ET PANDECT.
PROF. PVBL.

AD D. MART. AN. CLO IO. CLXXXVII.

DISPVTABIT

FRIDER. CHRISTOPH *Bollmann*/

QVEDLINBVRGENSIS.

EDITIO TERTIA



I E N A E,

SVMTV IO. BERNHARDI HELLERI 1724.

Handwritten notes at the top of the page, including a date "1791" and other illegible scribbles.

PRÄSIDENTEN-AMT

Handwritten text in the middle section, appearing to be a list or record of names and dates.

Handwritten text in the lower middle section, possibly a signature or official statement.

Handwritten text at the bottom of the main body, possibly a date or reference number.





C. D.



Imperatores Germanicos ditiones imprimis armis occupatas, viris de Republica benemeritis, & qui per omnem vitam eo melius de ea mereri valebant, liberaliter concessisse atque hanc esse territoriorum indeque pendentium jurium originem, non est, quod operosius monstretur. Hi domini de amplissimis provinciis vestiti ulterius liberalitatem erga bene de se merentes exercere non cessarunt, & ut de fide ulteriori donatariorum essent certi, jurisjurandi vinculo eos sibi obstrinxere. Cum autem domini territoriales in suis regionibus ob summi imperii exercitium Imperatorem amulentur, tantumque in iis possint, quantum is in universo imperio, regalia inferioribus, & ut plurimum subditis communicarunt, ita tamen, ut non tam regalium, quam singularis beneficii & concessionis nomine possideantur, & exercentur. Inde factum, ut quemadmodum ipsi nobiles præ aliis dicuntur noscibiles, etiam bona illorum peculiari quadam conspiciantur qualitate dotata. De omnibus indulgentiis heic differere nec locus nec animus mihi est, sed de *edificio prædii nobilis*, quatenus ei prærogativa competit notatuque digna quædam occurrunt, delibaturus sum. DEUS, omnis boni largitor, mentem meam calamumque dirigat laborique suscepto paterne assistat!

A 2

CAPVT

* (4) *

CAPVT PRIMVM

tractat

EXPLICATIONEM NO-
MINVM.
SVMMARIA.

- I. *Ædificii vox accipitur late ac stricte. II. Quidnam per prædium nobile intelligatur. A quonam ita originem habeat. Feudum aliud nobile, aliud ignobile; Nobile aliud regale, aliud non regale. III. Quidnam sit ædificium prædii nobilis.*



Th. I.

Ædificii vox accipitur vel late, pro re ex pluribus rebus, opera hominum junctis in solo exstructa l. 30. de usurp. & usucap. l. 23. §. 5. ff. de rei vindic. sive habitationi, sive alii usui rustico vel urbano sit accommodata l. 180. l. 198. de V. S. vel stricte, pro eo, quod usus urbani gratia exstructum est, Dn. Struv. de ædificior. privator. jurib. lb. 10. seq.

Th. II. *Prædii Nobilis appellatio denotat hic qualitatem rei, non personæ. Dicitur nobile prædium à causa efficiente sive constituyente, scilicet quod ab eo, qui & voluntate, & potestate nobilitandi, sive per se, ut Imperatoria & Regiæ Majestates, sive ex harum concessione, ut Principum nonnulli, gaudent, ita factum est. Quemadmodum feudum dividi solet in nobile & ignobile, ut illud sit, quod ab eo qui potestate nobilitandi gaudet, ex voluntate æque tacita seu præsumta, ac expressa conceditur; & quod præsumtam voluntatem attinet, præsumtio tanto fortior, si, ut Cujac. in tit. 10. 2. feud. inquit, possessor vasallus, longam annorum seriem, qua feudum, onusque militiæ eis annexum,*
in

in familia resederint, numerare valeat, dividiturque nobile in feudum *Regale* & *non Regale*. Ex usu communi loquendi appellatione *der Ritter-Güter* vel *Ritter-Lehn-Güter* comprehenduntur feuda nobilium, non autem Baronia aut alia feuda regalem dignitatem annexam habentia, *Wehner. practic. observ. lit. R. voc. Ritter-Güter*. Ignobile est, quod ab illo, qui & voluntate & potestate conferendi nobilitatem, plane destituitur, aut, licet potestatem habeat, citra voluntatem tamen nobilitandi, concessum, vocaturque feudum *Burgense, ein Bürger- oder Bauers-Lehn*, item *ein gemein Lehn* appellari consuevit, *Vultej. d. feud. c. 8. n. 10. vers. ignobile*, uti itaque verbum *Lehn-Güter* sive verbum feudum est generale, ita vocabulum *Ritter-Güter* est speciale, & denotat feuda nobilium. Et verba conjunctim posita *Ritter- und Lehn-Güter* non aliter accipiuntur, quam pro *Ritter-Lehn-Güter* / h. e. feudis Nobilium. *Schrader. tom. I. consil. 1. num. 526.*

Th. III. *Describitur*, quod sint ædes in prædio feudi nobilis ad usum urbanum exstructæ. *Germ. Ein Ritter-Sitz*. Vocatur quoque *Arx, Habitatio, Domicilium Nobilium*.

CAP. II.

De

EXSTRVCTIONE ÆDIFICII NOBILIS, ET DE SERVITIIS A SVBDI- TIS PRÆSTANDIS.

SVMMARIA.

- I. *Splendida ædificia possessorem decorant; quandoque faciunt ad commoditatem.*
- II. *Liberum est in quovis loco sui præ-*

dii adificare. III. Licet Vasallo vallare pradium, non autem munire s. fortalitiu exstruere. Ratio affertur dubitandi. IV. Jus muniendi competit dominis territorialibus & immediatis; uti sunt nobiles immediati. V. Nobilibus permittitur muro s. fossa circumdare pradia, non vero vallo. VI. Dominus territorialis potest tempore belli pradium nobile occupare ibique exstruere; justum vero est, cessante bello castrum illud restitui. VII. Loca subditorum ipsis inuitis ad exstructionem adificii amplificandam eripere nequit nobilis pradii possessor. VIII. Subditi de jure communi materiam adificio pradii nobilis necessariam conuehere non sunt obligati. IX. Illud tamen ut prestent Subditi, statuto vel consuetudine potest introduci. X. Istiusmodi seruitiorum stricte facienda est interpretatio, neque de loco ad locum, vel ad duriora extendi debent. XI. Quod, si duo vel plures velint multiplicare adificia? In defectu determinationis ab ipso Principe ordinari & moderari solent. XII. Q. Num Subditi vecturas & seruitia alia ad adificationem modo habitationum, an etiam ad appertinentes villas aliaque adificia prestare teneantur. XIII. Variis ex causis exiguntur seruitia. XIV. Cujus sumtibus an propriis, an domini fiant? XV. Num seruitia exigi possint non obstante, quod multis annis pro iis pecunia prestata sit?

Th. I.

Nobiles & primarios homines nobiles & magnifici decorant apparatus & adificia. Nam quod vulgare est & commune, inquit SAVEDRA *Symbol. polit.* 39. mirari nemo potest, ex admiratione autem reverentia nascitur. Neque ad splendorem solum, sed ad commoditatem quoque possessorum adificia cultiora & ampliora exstruuntur, quæ respectu palatiorum seu domuum principalium, privata, ratione vero habita

habita ad aliorum ignobiliumque ædificia & quod privilegiis quodammodo sint munita, *quasi publica* dici queunt.

Th. II. Liberum est ei, qui prædium nobile habet, extruere ædificium in loco seu solo, ubi ei commodum atque utile videtur; solum illud ut plurimum est feudale, atque sic minus plene in dominio. Et licet ex aliena materia ædificaverit in suo solo, ipse intelligitur dominus ædificii *l. 30. de rer. divis. l. 2. C. de rei vindic.* In solo communi si ædificet socius, à socio prohiberi potest *l. 27. §. 1. d. servit. l. 28. commun. divid.* Si connivet socius, neque prohibet, cum prohibere potuisset, opus factum ut tollat, sed per communi dividendo actionem damnum sarciri oportet; cogi non potest, sin vero absente aut alias incio socio opus, alteri incommodum afferens, fecerit, tollere cogitur, *d. l. 28. add. l. 26. de servit. urb. præd.*

Th. III. Et quamvis quilibet in solo suo pro lubitu ædificare queat & ampliare ædificium, ejusque formam immutare *Cothmann. vol. 2. conf. 93. n. 60. & in fin.* murali ambitu ædificia vallare *l. 10. C. de ædif. privat.* Adeo, ut licentiam ædificandi ad facultatem extruendi castrum ac fortalitium extendant *Vivius decis. 493. num. 1. Paul. Christin. decis. Belgic. 4. dec. 147. num. 6. 7.* præsertim cum naturali jure roborata subsit defensio & publica securitas, nec jura positiva privent hominem naturali defensione, sed eundem ad certum modum seu qualitatem restringant, ipsa quippe lege permittente cujusvis domus tutissimum refugium & receptaculum est. *l. 18. ff. de in jus voc.* Verum ea cum modamine sunt intelligenda, ut nimirum vel, per fortalitium intelligatur amplum & firmiter constructum ædificium, uti vulgus loqui amat, **Er bauet ein Werck/wie eine Festung/** vel quod Principibus ac immediatis extruendi fortalitiij jus competat; Hi enim jure superioritatis territorialis jus muniendi

niendi habent, *Recess. Imp. d. anno 1567. §. Wie wohl wir nun.*
 Hinc nobili etiam ditissimo fortalitiū extruere non est
 permittum, eo quod suspecta Superioribus privatorum in
 ædificiis magnificentia, propter dominandi libidinem, à na-
 tura quasi hominibus innatam Speidel. *Specul. præct. sub voc.*
Festung.

Th. IV. Nobiles immediati, die freye Reichs-Ritter-
 schafft/ jura territorialia habentes die hohe Adelige Obri-
 keit Sixtin. *d. Regal. lib. I. c. 4. n. 92.* prædia sua nobilia munire
 & in formam fortalitiū pro tuitione sui & rerum suarum
 ædificare possunt; nisi forsan totius circuli, ne fiat, interfit.
 D. Stryck. *disp. de fortalitiis c. 2. n. 22.*

Th. V. Hiſce temporibus permittitur Nobilibus mu-
 ro ſ. fossa circumdare prædia sua, non vero vallo; Et ſi No-
 biles castella arcesque munitas possident, munitiones tamen,
 tormenta idque genus alia in iis vix tolerantur, ne sub specie
 publicæ securitatis, seditionum materia substernatur; quod
 cum legibus Romanis convenit; ita enim Imperatores in
 l. 10. C. de ædif. privat. rescribunt: *Cunctis volentibus permit-
 titur murali ambitu fundos proprios seu loca sui domini con-
 stituta vallare.* Concordat Schwaben-Spiegel c. 234. Man
 mag auch einen Hoff/ ohne sein (des Land-Richters) Ur-
 laub/ an ebener Erde umfassen mit einer Mauer/ die also
 hoch/ so ein Mann sizet auf einem Roß/ daß er wohl zu
 oberst daran greiffen mag mit der Hand/ ohne Zinnen
 und ohne Brustwehren/ und ohne alle Schlacht-Festung.

Th. VI. Quid, si dominus territorialis tempore belli
 opus habeat loco isto ad fortalitiū extruendum, ubi prædium
 nobile est ejusque ædificiū, num illud invito Vasallo occupare
 possit & pro tuitione status sui munire? Quod affirmandum,
 cum poscente Reipublicæ necessitate & utilitate res privato-
 rum conservacioni publicæ cedant; & licet dominus fidelem
 suum

lutum in eo statu, in quem posuit, sine turbatione esse sinat
 necesse habeat; Necessitatis tamen casus semper censetur
 exceptus, cum illa faciat id, quod est illicitum, licitum.
Vasq. controv. illustr. p. 2. lib. 1. cap. 1. n. 7. Si tamen bellum
 cesset, castrum sine mora vasallo restitui debet, nec potest
 dominus ab ipso repetere expensas fortificationis, nisi quas
 vasallus tanquam unus de populo contribuere debuisset.
Natta Consil. 555. n. 20. Et 23. Klock. d. contribut. c. 7. n. 115.

Th. VII. Dictum est supra, prædia nobilium infeuda-
 ta dependentiam habere à Superiore, & Vasallum in iis ob-
 tinere dominium utile; Exinde dicendum esse videtur, idem
 possessori licere in prædio isto, quantum liceat Superiori in
 toto territorio, cum partis sit eadem ratio quæ est totius *l.*
76. ff. d. rei vindic. l. 27. §. pen. ff. d. pact. eoque casu, si locus
 ille seu spatium angustum sit, quo minus ædificium nobili
 persona dignum extruatur, cum liceat Superiori prædia ci-
 vium, quando impedimento sunt, invitis dominis destrue-
 re, jubente ita lege suprema: commodum publicum unius
 alteriusve privati cum damno posse promoveri. *vid. l. 9. l. 18.*
C. de oper. publ. Unde videmus ad extruenda palatia Princi-
 pum vel etiam fortalitia privatorum ædificia dirui, quin &
 agros ac vineas per munitiones oppidanæ occupari, prout
 suo tempore factum esse refert *Udalr. Zasius tom. 3. in l. An-
 riochensium d. privil. credit. n. 4.* Ast, dispar est ratio possi-
 dentium prædia nobilia; hi enim respectu territorialium
 jurium existimantur non aliter quam pro privatis; ut pro-
 inde inhabitantes non possint ob præsentem utilitatem ne-
 cessitatemve invitis subditis prædia auferre, etiamsi ad assi-
 mationem nummis refundendam se offerant; allegatum
 axioma juris respectu partis quod attinet, illud non satis
 commode huc applicatur; quod enim partis eadem sit ra-
 tio, quæ est totius, procedit, si pars sit ejusdem qualitatis cu-
 jus

jus totum l. 28. & ibi gloss. ff. de fund. instr. l. 77. §. 16. ff. de legat. 2. in præsentì vero calu potestas concessa vasallo in prædio feudali diversa est ab eo, qui eam concessit; Hic enim ea, quæ eminenter ipsi competunt, non censetur concessisse, etiamsi omnimodum jurisdictionem merumque Imperium alteri sit largitus, cum reservata intelligantur ea, quæ pertinent ad regalia & solius Principis seu domini territorialis propria sunt, qui vigore superioritatis diruere potest ad suam utilitatem, vel ob necessitatem domos & prædia subditorum, quod jus ad dominum jurisdictionalem extendi nequit.

Th. VIII. Postquam vero ædificia sine sumtu & operis hominum non possunt ad perfectionem deduci, videndum est, quidnam subditi domino, qui ædificium ejusmodi seu arcem **den Ritterstz** vel de novo extruit, vel extructum reficit, & cui subditi ad præstationem servitiorum obstricti sunt, præstare teneantur. De jure communi rustici & subditi ligna aliamve materiam ædificandis dominorum ædificiis necessariam convehere non esse obligatos per l. 1. & seq. C. ne rustic. ad ullum obseq. dev. lib. II. ibi: ne quis ex rusticana plebe que extra muros posita capitationem suam detulit, & annonam congruam præstat, ad ullum aliud obsequium devoceatur &c. probat Carpov. p. 2. c. 52. d. 1. nec admittit impium præsidium servitiorum libertas naturalis Philipp. ad decis. Elect. Saxonie. 33. obs. 1. & exactionem operarum esse contra jus commune, atque odiosam, ut ab allegante sit probanda, asserunt Natta conf. 185. n. 10. Klock. d. contribut. cap. 2. n. 40. Thomas Merkelbach inter consil. Klock. vol. 1. conf. 26. n. 29. Quemadmodum in Germania multi inveniuntur rustici, Statibus Imperii quidem subiecti, ab operis vero liberi, qui proprios & hæreditarios habent agros, & uti reliqui subditi, tantum onera publica & communia sustinent, & nihil vel parum

parum saltem, extra onera provincialia, in recognitionem agrorum suorum pendunt Stamm. *de Servit. personal. lib. 3. cap. 3. num. 2.*

Th. IX. Consuetudine tamen & statuto introduci potest, ut subditi in pagis ad præstandas operas & servitia ædificii prædiorum nobilium extruendis obstringantur. Ita in Electoratu Saxonico talem consuetudinem tanquam rationalem comprobatur Ordinatio Provincialis de anno 1555. tit. von Bau Frohnen. ibi: Demnach setzen / wollen und verordnen Wir / daß hinführo die Unterthanen in unsern Landen schuldig seyn sollen / ihren Erb- Herren zu den Gebäuden ihrer Ritter- Sige Bausühren zu thun. Et hoc inde factum esse quis dixerit, quod subditi olim dominis vel ad preces vel reverentiæ exhibendæ ergo ejusmodi servitia exhibuerint, easque posterius eorum non inviti præstiterint, ut tandem id genus oneris in juris necessitatem abierit. Quod jus in primis Saxonico semper præsupponit consuetudinem, eamque vult confirmatam & approbatam. Ubi itaque ratione servitorum talis consuetudo vel præscriptiones, vel transactiones allegari non possunt, licet prædium nobile in terris Electoratus Saxonici situm sit, ea tamen exigi à subditis non possunt; Nam ordinatione prælaudata non obstante si conventionem speciali vel consuetudine, vel præscriptione ab hujusmodi servitiis liberati reperiuntur subditi, ad illos ordinationem provincialem haud pertinere, sed hos jure suo quasi omnino gaudere declarat Constitutio Electoralis Saxonica 52. p. 2. ibi: So sollen sie auf die Fälle / so auf Gewohnheiten / Verträgen / Abschieden und dergleichen stehen / rechtlich und denselben gemäß erkennen / Carpzov. p. 2. c. 52. d. 1. Quemadmodum ejusmodi operæ ad extruendum ædificium prædii nobilis introductæ præscriptione amittuntur, & quidem in foro Saxonico triginta annorum, anni & dici spatio, scil. si

Subditi requisiti eas non præstiterint, & à tempore requisitionis tantum temporis spatium præterlapsum fuerit, vel eo magis, si ultra hominis memoriam subditi requisiti in recusatione operarum perseveraverint, uti pronunciatum esse refert Carpz. d. p. 2. c. 52. def. 12.

Th. X. Introductum servitiorum jus onerosorum atque odiosorum nimio plus non est extentendum, sed cautius in exigendis iis procedendum omnino, ne subditis onera duplicentur nimis &que servitiis & operis illi graventur, sed ut spatium ipsis concedatur, sese & suos alendi. l. 19. 22. §. ult. l. 26. pr. l. pen. §. 1. d. oper. libert. Speidel. Notabil. voc. Frohn. Hoc facit, quod Dnn. Scabini Hallenses ad requisitionem Illustr. Regiminis Arnstadiensis Anno 1682. responderunt: **Daß Klägere zu Erhebung des Ritter-Sizes zu G. nöthige Bau-dienste abzustatten schuldig. Doch seynd sie über die Gebühr nicht zu beschwehren/ absonderlich aber bey der Saam- und Erndten-Zeit damit zu verschonen/ B. R. W.** Et omnino humanitatis ratio hic habenda est, cum natura inter homines cognitionem quandam fecerit, illudque L. Annæi Senecæ animis dominorum volvendum: *Hæc præcepti mei summa est. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velles vivere. Quotiens in mentem venerit, quantum tibi in servum liceat: veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominum: bona etas est, forsitan habebis. Nescis qua etate Hecuba servire cœperit, qua Cræsus, qua Darii mater, qua Plato, qua Diogenes? vive cum servo clementer.* Modo ab ædificando luxus absit, ne hic plus oneret, quam ornet, eoque modo & medio subditi exhauriantur, & ad paupertatem, ad desperationem adigantur Junius p. 2. quest. pol. 66. neve spolientur pauperes, ut vestiantur ligna & lapides, id quod sæpe fieri ait Vinc. Burg. in bibl. mund. lib. 27. spec. Histor. c. 18. ubi de

de superbis Ecclesiasticorum ædificiis agit ex Hug. Paris. *lib. 1. de clauſtro anime.* Annon, ſi modus ſeruetur, magnum inde ſperatur emolumentum, ſubditi ad juſſa promtiores alacrioresque ſunt? Hoc enim eſt, quod ſubleuat gravamina, cenſus imminuit, labores promovet Boter. *l. 3. d. Politia Illuſtrium c. 2.* Quamvis non licet in hoc caſu certi aliquid definire ſubditisque operas definitas assignare; Id tamen vel ſtatuta, vel conſuetudines cujuſlibet regionis vel loci, vel pacta determinabunt, qui mores in ſingulis locis exacte conſiderandi ſunt. Hinc concludendum: Ruſticos ac ſubditos in illis tantum locis, ubi antea arces ſeu domicilia Nobilium (Ritterſtze) fuerunt, operas ſuas in convehendis lignis, aliisque materiis ad extruccionem neceſſariis exhibere obſtrictos eſſe; Ad nova vero ædificia vel habitacula Nobilium eo in loco, ubi haec nulla fuere extructa, cogi non poſſe Aut. Conſult. Conſt. Sax. *tom. 1. p. 5. caſ. 3.* Matth. Berlich *p. 2. concl. 65. n. 6.* Carpzov. *p. 2. c. 52. d. 6.* ubi in cauſa Nicolai von Hollauffers eum in modum reſponſum refert: Inmaſſen denn auch die Unterthanen zu Erbauung neuer Ritterſtze an denen Orten/ und Dörffern/ da zuvor keine geſtanden/ die Bauſubhrẽ zu leiſten nicht verpſlichtet ſeyn. Neque operæ ejuſmodi de loco ad locum extendi, aut ſubditi ut eas præſtent extra locum, in quo dominus & ſubditi habent domicilia, cogi poſſunt per textum *in l. quod niſi 20. § ſeq. ff. d. oper. libert.* ubi dicitur: *operas eſſe præſtandas eo loco, in quo Patronus moratur.* addat. Decif. Elector. Saxon. 33. verſ. Die Vorwercks Gebäude und Hoffreuthen endlich betreffende/ ſo auf des Ritter- und Lehn- Guths Grund u. Boden nicht gelegen/ noch darzu gehörig/ wollen wir derohalben die Unterthanen aller Land- und Pferdte Bau- Dienſte gänzlich befreuet wiſſen. Hinc Carpzov. *l. 1. reſp. 51. n. 17.* Einge, ait, Nobilem duos vel plures, poſſidere pa-

gos, de quibus singulis cum jurisdictione separatim est investitus. Hic si in uno arcem extruere velit, subditos ac rusticos alterius pagi ad operas vecturarum, aliaque in edificando servitia necessaria compellere nequit, & ita responsum esse: **Haben eure Juncckern ihr Ritter Guth Syra aniezo zu repariren angefangen/und wollen daher nicht alleine von den Unterthanen zu Syra/sondern auch von euch die Hand u. Pferd Frohnen darzu geleistet haben; Ob nun wohl bemeldte Juncckern annoch in ungetheilten Guthern sitzen; da aber dennoch zu jedern Ritter Guthe gewisselnterthanen gehörig/ und ihr zu Kauschwiz wohnhaftig seyd &c. So möget ihr nach Syra zu Bau führen nicht gezogen/ noch dieselben zu verrichtē angehalten werden/ cum servitia ista tanquam odiosa sint restringenda** *arg. cap. odia 25. X. d. Reg. Jur. in 6.* Sin autem consuetudo aliud ostendat, quod nimirum servitia à subditis etiam extra domicilium sint præstita, ei standum est; Ea enim legitime probata, legis in obscuris facit interpretationem *l. mero C. de annon. & tribut.* Adrian, Gilman. *in decis. Cameral. p. 2. decis. 4. n. 9. & 10.* Caspar Zieglerus *in aur. prax. Nicol. Calvol. §. Nobiles conclus. n. 143.* Hocque est, quod dicit Jctus Scævola: **Quæstionem de operis præstandis extra castrum & domicilium domini, interpretationem admittere, & viri boni arbitrio dirimendam esse in l. Meria 13. §. ff. d. ann. legat. Carpz. lib. 1. resp. 57. num. fin. Philipp. ad decis. Elect. Sax. 33. obs. n. 19. add. dict. dec. Elect. 33. ibi: Es hätte den denn die Bestzer derselben durch eine zu Recht beständige Gewohnheit „wider die Unterthanen „ein anders hergebracht/“ hierbey bliebe es dieses Falls halbē/nicht weniger als bey denen Verträgen nochmals billich. Quid, si ligna, lapides aliæve materie non nisi extra locum, in quo Dominus domicilium suum possidet, & ædificat, haberi possint, num ea ex territorii & ditionibus aliorum Principum ac Dominorum conveyere teneantur? Eo casu teneri subditos rationi con-**
sen-

sentaneum est, cum alias opera ista domino inutiles fiant,
 parumque commodi ex iis haberet *arg. l. 22. in pr. ff. d. us. &
 habit. Philipp. ad decis. Elect. 33. observ. 2. n. 11. Carpov. p. 2.
 consl. 52. def. 5. ubi ita in causa Siegfrieds von Grünberg re-
 sponsum esse meminit: Ob nun wohl die Unterthanen sol-
 che Führen außserhalb Churfürstl. Durchl. zu Sachsen
 unsers gnädigsten Herrn Landen zu thun sich verwei-
 gern; Da ihr aber dennoch innerhalb Landes an keinen
 nähern Orte weder Schindel / Holz noch Ziegel / antref-
 fen köntet &c. So wären obberührte eure Unterthanen
 dergleichen zu eurem vorgekommenen Bau gehörige
 Materialien von andern Orten auch aus der Ober-Laußnitz
 zu holen und nach Grünberg zu führen schuldig. Non au-
 tem subditi cogendi sunt advehere materias ad ædificationem
 necessarias *è longinquo*, si in propriori loco ea haberi possint,
 etiamsi Domino ædificanti ex ista vectura quadam utilitas ac-
 cedat v. g. Da der Juncker die Bau-Materialien in der Nã-
 he auf 2. 3. Meile für 100. Rthlr. über 5. Meilen weiter
 aber selbige um 40. Rthlr. haben kan. Ita incluta Facultas
 Juridica in hac Alma Salana haud ita pridem hoc anno pronun-
 ciavit: Gehören zu des von N. Gerichte dero Unterthanen
 ungemessene Hand- u. Span-Frohnen/so offft zu Erbau-
 und Erhaltung des Rittersizes selbige benöthiget; Es ist
 auch der Leistung halber in a. 1663. zwischen dem Gerichts-
 Herrn u. denen Gerichts-Unterthanen unter andern/daß
 die Bau-Materialien/so nahe/ als es sÿglich seyn kan, ver-
 schaffet werden sollen/laut beygelegt. Extracts. verglichen
 worden. Ob nun wol N. zu Renovirung seines Rittersizes
 einiger Theil Furen benöthiget/u. denen Unterthanen an-
 befohlen/solche auf 5. Meile Weges abzuholen/wollen sie
 sich doch der Frohnen weigern/unterm Vorwand/daß sie
 vermöge Recell. so weit zu frohnen nicht schuldig/der Ge-
 richts-*

richts Herr aber solche Thieleu von der Breite und Länge/um eben den Preiß/als diese erhandelt worden/ nicht bekommen kan/nach Inhalt des Gerichts. So seynd die Unterthanen/dasern dero Gerichts Herr die Thieleu näher nicht haben könte/ihres Einwendens ungeachtet/die Führen zu leisten schuldig. Wären aber solche Bau Materialia näher zu bekommen/und es lege nur daran/ daß der Bau Herr in der Nähe solche etwas theurer/ als an einem andern entferneten Ort/ bezahlen müste/ und nur des wohlfeilern Preises halber die Unterthanen solche weiter abhohlen zu lassen gemeinet/ So wäre hierunter die Billigkeit zu beobachten/und die Unterthanen mit beschwerliche Frohnen in die Weite zu verschonen. V. R. W.

Th. XI. *Accidit sapius ut domino ædificii nobilis prædii mortuo plures esse incipiant ejusdem possessores, & post divisionem factam hic & ille novum atque peculiare velit extruere ædificium, quo casu quaesitum fuit, num cogi possint subditi ad præstanda servitia ad novi ædificii extructionem?* Et pro affirmativa facere videtur generalitas textus in ordinatione provinciali ibi: *Ihren Erb Herren zu den Gebäuden ihrer Ritter Güther Bausuhr zu thun/ & ibi: Die Unterthanen ihren Erb Herren Bausuhr zu ihren Gebäuden der Ritter Güther &c. quæ dispositio generalis debet habere generalem effectum.* Verum Serenissimum Electorem Augustum specialiter circa hoc disposuisse, ex rescripto, quod est apud Aut. Consultat. Saxon. *t. I. p. 5. cas. 3.* satis clare apparet; ut proinde heic interpretatio extensiva ad multiplicationem servitiorum cesset, & in aula Elect. Saxon. non obstante sapius allegata ordinatione provinciali pronunciatum, ut rustici & subditi in illis locis tantum, ubi antea arces seu domicilia Rittersitze fuerunt, suas operas in convehendis lignis & aliis materiis, ad extructionem ædificii necessariis, exhibere debeant,

ant, ad nova vero ædificia vel habitacula nobilium ejus loci, ubi nulla fuerunt hæctenus extructa, cogi non possint, Berlich. p. 2. concl. 65. n. 6. Unde, ait, si nobilis amplum quidem feudum, sed unam tantum arcem vel domum habens, relictis pluribus filiis moritur, & nonnulli illorum, divisio feudo, novas domos extruere velint, subditi illis materiam convehere non tenentur add. Carpzov. p. 2. c. 52. d. 7. & ita à Dnn. Lipsiensibus responsum: Immassen denn auch die Unterthanen zu Erbauung neuer Ritterstze/bevor aus/wenn sich nach des Vaters Absterben/die Söhne in das Lehen vertheilet/ an denen Orten und Dörffern/ da zuvor keine Ritterstze gestanden/die Baufuhren zu leisten nicht verpflichtet seyn/ B. R. W. Similiter nec subditi ad domicilium Domini extruendum eo in loco, ubi hæctenus nullum fuit extructum, materiam convehere sunt obstructi Carpz. d. 1. def. 6. De quibus omnibus si speciali ordinatione non sunt definita, vel quid quoque tempore usitatum est, non ita exacte constet, præsertim si controversia sit inter Dominum & subditos, quæ & quanta servitia, & ad quæ ædificia extruenda sint, nec non quid illis de cibariis & aliis necessariis suppeditandum sit, hæc Principis ordinationi, moderationi & declarationi subjacent, vid. *Ordin. Provinc. Saxon. de anno 1555. vers.* Wollen wir auf Ansuchen/ sie beyderseits nach Gelegenheit der Gebäude/ der Leuthe Vermögen und Anzahl/ durch unsere Regierung oder Commissarien/ der Billigkeit nach vergleichen/ entscheiden und solche Baufuhren mäßigen lassen/quod reperit Elector Augustus p. 2. c. 52. vid. Dan. Moller *ad d. constit. n. 3.* Berlich. p. 2. concl. 65. n. 4. Carpz. *ad d. c. 52. d. 3.* Philipp. *ad Decis. Elect. Saxon. 33. observ. 3.* In qua decisione 33. diversos casus moderationi decenti subiectos Serenissimus Legislator expressit, puta, *quando propter devastationes prædiorum, immutationes numeri subditorum, in-*
gen-

gentem depauperationem eorundem, immodicam exactionem ci-
 bariorum ac operarum ad ædificationes, refectiones & meliorati-
 ones habitationum & prædiorum Dominorum atque in similibus
 gravamina suboriuntur ac demonstrantur, sibi cognitionem, ta-
 xationem ac moderationem reservavit. Scilicet subditos tu-
 eri supremi Principis præcipuum munus est, late Barthol.
 Chassan. in catalog. glor. mund. p. 5. conf. 16. Joh. Lupus in tract.
 d. conf. Princip. §. antequam veniant. vers. itaque ex cælo num. 6.
 propter connexitatem status Domini & subditorum, Cravet-
 ta consil. 241. n. 3. quapropter subditorum magnam habendam
 esse rationem, ne a Dominis graventur, aut damnis affician-
 tur, sed ut potius Domini, tam iis quam sibi ipsis consulant,
 respondit Bald. consil. 88. col. 2. post med. vers. vid. Dominum per-
 tinet lib. 2. Unde sicut officium regum esse perhibetur, reprimere malos & exaltare bonos cap. regnum. 23. quasi. 5. ita etiam
 de ipso Principe dicitur, quod subditorum suorum curam
 magnam gerere eosque tanquam filios & nepotes tractare
 debeat l. si quis filium 34. Ubi Jason circ. princ. C. d. in offic. te-
 stam. Regner. Sixtin. 3. consil. Marp. 11. n. 45. Et circa deter-
 minationem servitiorum, quæ alias in pecuniam regulariter
 converti non possunt; num illud fieri possit, Principis arbi-
 trio committendum esse existimamus, eo in casu, quando
 Domini in locis diffitis ac longe remotis habitantes servitiis
 nimis onerant subditos, iudice enim Rosacorb. præct. observ.
 cap. 37. n. 43. excessivum onus est, si subditi extra provinciam
 in remotissimis locis laborare fuerint iussi, ita ut eo die do-
 mum repetere nequeant. Ut proinde ejusmodi onera in pec-
 uniarum præstationem commode commutari possint Cop-
 pen. decis. 13. num. 2. Knichen. d. pact. investit. part. 2. cap. 3.
 num. 70. & seq. Princeps eo curam intendat, quo modi, qui-
 bus servitia a subditis exiguntur, & tamen ab æquitate alieni
 sunt, abrogentur; inter quos etiam ille reputatur, quando ru-
 sticis

sticis pœna dicitur, ita ut qui ultimo ad servitia accesserit, multam luat, cum semper aliquem ultimum esse necesse sit, & id sine delicto sæpius contingere possit, pœna autem sine crimine injusta & Tyrannica est *l. mulier 5. C. d. sponsal. Mævius part. 4. decis. 271. num. 9.* Æstimatio tamen operarum intelligenda est de operis *adhuc præstandis*, non autem ad æstimationem operarum ab aliis jam præstitarum extendenda; operarum enim præteritarum æstimatio & moderatio à Domino servitia exigente fieri potest, nec à Principe necessario peti debet *arg. l. 15. C. d. judic. Carpz. p. 2. c. 52. d. 11. n. 5.*

Th. XII. Qv. Num subditi vecturas & servitia ad ædificationem habitationum tantum, an etiam ad pertinentes villas aliaque ædificia præstare teneantur? Et cum sæpius dictum sit, odiosa esse ejusmodi servitia, & propterea restringenda videtur asserendum ad ædificationem *solius domicilii, arcis vel habitationis* (der Ritterstige) restringendas esse operas rusticorum, *cap. odia X. d. R. 7. in 6.* ita ut præstationem servitorum in extruendis horreis, stabulis, grananiis, complanandis viis aut circumvallandis parandisque hortis cogi nequeant, uti in Scabinatu Jenensi Anno 1643. ad requisitionem der *Gerichts Junckern zu Neumarkt* pronunciatum fuisse refert D. Richter *p. 1. decis. 98. num. 20.* Daß die *Baufuhren und Frohndienste*, welche die *Untertanen zum Ritterstige zu leisten schuldig*, gemeinen Rechten nach / auf die *Scheunen / Ställe und andere Gebäude nicht zu extendiren* / & ita ordinationem provincialem *Elect. Saxonica de anno 1555. tit. von Bau fuhren* interpretatur *Carpzov. lib. 1. Respons. 51. n. 8. & seqq. nec non ad const. 52. p. 2. def. 3.* in verb. *viel stattlicher Ritterstige und Gebäude* &c. quam restrictionem haud parum juvare videtur causa istius constitutionis, quod nempe ex arcibus & domibus Nobilium egregiis ac Illustribus multum decoris ac splendoris provinciis *Elect. Saxonica* accedat ibi:

Dadurch auch/wie vor Augen/viel stattlicher Ritterstze
u. Gebäude in unsern Landen zu Besserung der selben er-
bauct u. aufbracht/ quam rationem in horreis & id genus a-
liis ædificiis deficere nemo inficias ibit; ut proinde causa dis-
positionis cessante ipsa dispositio cesser, nec ordinatio provin-
cialis ad alia extendi possit *arg. cap. cum cessante 60. X. de appellat.*
Barbosa in axiomat. jur. axiom. 40. num. 4. & ita *Dnn. Scabinos*
Lipsienses in causa *Siegfrieds von Schönfeld zu Grün-*
berg responderunt: Daß cure *Unterthanen* zu *Erbauung*
des Wohnhauses und *Ritterstzes* allein/ nicht aber der
Scheunen/ Ställe u. *anderer Gebäude/ die Bau führen*
zu leisten schuldig. Et ita in *Marchia Brandenburgensi* esse ob-
servantiam, ut subditi ad ædificia, vel granaria extra aram des
Ritterstzes/ædificanda, operas præstare nõ teneantur, & jux-
ta eam in *Camera* in causa der *Gemeine* zu *Güstow* contra
den von Schapolaw 1615. sententiam latam esse testatur *Dn.*
Frideric. Müller in practic. civil. March. rer. forens. ref. 99. n. 56.
Verum circa hæc præstationes itidem inspiciendum, quid
usu receptum; tunc sc. ad prædictorum refectionem præ-
standa esse servitia tradit *Richter. d. dec. 98. n. 20.* Ita quo-
que in *Novella Electorali Saxonica Decis. 33.* specialiter pro-
visum, an & quatenus prædicta servitia ad reparationem alio-
rum extra arcem seu habitationem præstari debeant; Ibi que
modus positus est ita ut opera subditorum non ad ædifica-
tionem vel reparationem seu meliorationem arcis seu habi-
tationis præcise adstringendæ sint, sed ad ædificia omnia, quæ
ad feudum integrum, habitationem nempe & pertinentias
ejusdem prout ab antiquo reperiuntur, non attento eo an
sub uno tecto cohæreant & sita sint nec ne, extendendæ sint;
vid. *Philippi ad dict. decis. 33. obs. 1. n. 10.* ubi habet præjudi-
cia. Sicuti laudatus *Müller d. l. n. 57.* in *Marchia* subditos ad ex-
ruenda granaria *Spicker/ & ædificandas cellulas Buhden/*
in



in ædibus Domini auf'm Ritterfig/ nec non ad reparandas vias, omnino servitia extraordinaria præstare teneri & ita in allegata causa decisum esse asserit: Was aber die Bauſubren betrifft/ so zum Buhden u. Epickern auf der Klägern Ritterfig angewand werden müssen/ können Beklagte sich derselbē nicht entbrechen/ sondern sind sie zu leisten schuldig.

Th. XIII. Si quæ servitia ad ædificationem habitationis des Ritterſizes præstari usitata sunt, ea exigit Dominus vi jurisdictionis; nam præstationes ejusmodi inter fructus ejusdem numerantur *arg. l. fructus 4. §. l. in hominis ff. d. oper. sero. Vulcej. Consil. Marpurg. 30. n. 208. vol. 2. Gail. 2. d. ar. rest. c. 10. n. 2. Cravett. consil. 6. n. 10. Ferrar. d. Feud. lib. 5. c. 3.* Quid, si plures unius prædii sint Domini, unus qui habet inferiorem, alter qui superiorem jurisdictionem habet, utri horum an neutri præstanda sint servitia? Distingvendum est: Num unus reperiatur in quasi possessione, cui servitia antea à rusticis fuere præstata, & is in possessorio defendendus est, donec alter contrarium docuerit *l. si duo 3. ff. uti possidetis.* in pari enim causa melior est conditio possidentis *l. d. R. J.* neque servitia ad ædificia extruenda utrique debentur, vel saltem inter eos proportionaliter dividenda sunt, ne miseris rusticis ac subditis non sine gravi eorundem incommodo ac injuria multiplicentur. Si vero neuter in quasi possessione servitorum sit, ac uterque in petitorio agat, domino hæreditario dem Erb. Herrn/ sive is habeat superiorem, sive inferiorem jurisdictionem, non autem dominio judiciario, ut ita loquar, dem Gerichts. Herrn/ per *Ordinat. Provincial. d. Anno 1555. tit. von Bauſubren/* ubi quinquies fit mentio Domini hæreditarii des Erb. Herrn/ præstanda sunt opera. Dominum autem hæreditarium vocamus hic eum, non qui jurisdictionem aut merum imperium habet, vel cui juramentum fidelitatis præstatur, sed à quo subditi bona sua recognoscunt,

feunt, von dem sie ihre Güther in die Lehen nehmen müs-
 sen/ Berlich. p. 2. concl. 65. n. 13. Carpz. p. 2. c. 52. d. 9. & ita Autores
 Consultationum Saxonicarum tom. 1. part. 5. quest. 112. inferunt:
 Wenn aber allein die Sach in petitorio abgehandelt wird/
 so halten die Schöppen. stühle nach der Lands. Ordnung/
 daß die Vausuhre dem Erb. Herrn allein soll geleistet wer-
 den/ und nicht dem Gerichts. Herrn/ Er habe das Ober. o-
 der Unter. Gerichte/ und halten den vor den Erb. Herrn/
 von dem die Leuthe ihre Güther in die Lehen nehmen müs-
 sen/ die andern/ sie seynd Ober. oder Unter. Gericht/ sind
 nicht Erb. Herren/ sondern Gerichts. Herren. Da nun
 in einem Dorff viel Erb. Herren oder Lehen. Herren seyn/
 so soll die Vausuhre jedem von seinen Leuthe/ die von Ih-
 me Lehen haben/ geleistet werden/ daß also die Gerichts.
 Herren/ vermöge der Lands. Ordnung/ sich der Vausuhre
 nicht anzumassen. Denn sie haben den radicem recti domi-
 nii nicht an und auf den Güthern/ gleichwie die Erb.
 Herren/ so die Belehnung haben. Exiguntur operæ non
 solum ad extruendum ædificium nobilis prædii zu Erbauung
 des Ritterstizes/ sed etiam ad restaurationem & refectionem
 ejusdem zur Besserung; ex identitate rationis, præsertim
 cum per id subditis haud parum prospiciatur, quippe qui ædi-
 ficio, ob non factam confectionem prorsus diruto, multum
 gravantur, ex eo, quod tum ædificio de novo ædificando
 longe majores operas præstare sint obligati; etiamsi verba
 transactionis olim cum subditis initæ de ædificatione dun-
 taxat loquantur, quæ strictè accipienda, nec ad restauratio-
 nem extendenda esse videntur secundum DD. in l. 4. § l.
 cum mota 6. C. de transactionib. nihilo enim minus verba ea
 comprehendunt, de quibus verisimiliter actum fuisse appa-
 ret l. 9. §. 1. § ult. ff. de transact. atque omne id, quod ex con-
 jecturata mente disponentium inest contractui, actum intel-
 ligitur Tiraquell. in l. si unquam verb. libertis n. 45. C. de re-
 vocand.

vocand. donat. Carpzov. p. 2. c. 52. d. 10. Neque tamen quaslibet materias ad quemlibet locum reficiendum v. gr. lapides ad vias, vel cameras complanandas & pavimentandas confectos (Pflaster-Steine) convchere, sicut nec terram veteratam ex dirutis ædificiis causatam (alte Schutt) avehere tenentur Berlich p. 2. concl. 65. n. 7. Carpz. d. l. d. 4. quemadmodum in hunc modum anno vertente respondit Magnifica Facultas Juridica Jenensis ad consultationem. Hat A. eurem vorigen Gerichts-Herrn B. das Dorff C. abgekauft / den alten Ritterstz abgerissen / einen neuen fast Gräfl. Bau angefangen / und Euch zum Bausühren angehalten und genöthiget; also daß ihr beyde endlich in Proceß gerathen / und durch Rechts-fräfftiges Urtheil lit. D. erkennet worden / daß Ihr zu Erhebung des Ritterstzes Frohne leisten soltet. Ob nun gedachter A. sothanes Urthel von all dem verstehet / und biß daher Euch darzu angehalten / was in der Beylage lit. E. zu finden. Dieweil aber dennoch zu der Erhebung des Ritterstzes nicht gehörig / noch zum Theil nicht nothwendig / was die Anspanner num. 6. 7. 8. 9. 10. und II. die Hand-Fröhner 1. 7. 8. 9. 10. II. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. verrichten müssen / darzu die Aufführung und Besserung der Gebäude / nicht zugleich von Einreißung derselben und Wegführung des Schuttes / wozu doch die Anspanner n. 12. gehalten worden / zu verstehen. Berlich. *part. 2. concl. 65. n. 7.* Über dieses von sothanen Frohn-Diensten keine besondere Verträge oder Gewohnheit vorhanden / daß dannenhero bloß aus obigen Urtheil lit. D. die Interpretation secundum jus commune zu nehmen seyn will; So möget ihr ferner weit angeführte Frohn-Dienste zu leisten wider euren Willen nicht angehalten werden / auch seyd ihr an gedachten A. wegen derer zur Ungebühr / und wider den Inhalt des Urthels lit. D. bereit gethanen Frohn-billiche Ersetzung zu suchen / wohl besuget B. R. W.

In hisce tamen omnibus consuetudo ac pacta attendenda sunt, prout itidem Collegium Jctorum in hac Salana ad consular. I. H. v. M. Anno 1687. respondit: **Habt ihr vor einem Jahre von H. D. v. F. das Ritter-Guth K. erkaufft / welchem sieben dazzu gehörige Dörffer / nebenst andern / auch sonderl. die Bau-Frohn-Dienste / besage sowohl des Erb-Registers / als der hierunter von Anno 1533. und Anno 1568. aufgerichteten Verträgen / zu leisten schuldig. Ist nun dieses Ritter-Guths lang gestandenes Wohn-Haus vor fünf Jahren ganz eingefallen / jeko aber seyd ihr Vorhabens dasselbe von Grund aus neu aufzubauen / dahero solchen euren dahin gehörigen Unterthanen die Abräumung anbefohlen ; Ob nun wohl dieselbe vorgeben / daß sie zwar die Bau-Dienste / nicht aber das Abräumen des eingefallenen Hauses zu thun verbunden ; Demnach aber und dieweil / vermöge ob-angeführten Verträgen / sie generaliter, was zu solchen Gebäuden sonst vonnöthen / zu verrichten / und solcher Gestalt die Bau-Dienste indeterminate zu leisten verpflichtet / auch ohne der Abräumung der vorhabende Bau nicht vorgenommen werden kan ; So mögen obgedachte eure Unterthanen sich der Abräumung nicht entbrechen / B. K. W.**

Th. XIV. Servitia & operas tam ad extruenda quam reparanda ædificia prædii nobilis præstant subditi & rustici regulariter propriis, non domini sumtibus, *per l. suo victu 18. & seqq. ff. de oper. libert.* quæ tamen lex de fabrilibus operis intelligenda est, quod ex proprio sumitu & victu præstandæ ob regulam communem, quod promissor sua impensa debeat dare id quod promisit Brunnem. *ad d. l. 18.* officiales autem sicuti libertus in comitatu patroni, ita rusticus victu domini præstat ; cum operæ rusticorum hodie ab operis libertorum profluxerint Husan. *d. propriis hominibus c. 6. n. 53.* & ad easdem leges, quæ de operis libertorum loquuntur, redigendæ Sîchard. *ad rubr.*

rubr. C. d. oper. lib. Klock. vol. 1. conf. 10. num. 730. ubi tamen n. 524.
 contrariū quoad præstationem proprio victu tradit; Hic con-
 ventio vel loci consuetudo, quæ tacitæ conventionis vim ha-
 bet, licem decident, & rusticorum inopiæ ratio habenda erit,
d. l. suo victu & l. operæ 2. ff. de oper. libert. Zas. singul. respons. cap.
3. lib. 1. num. 55. & seqq. Inprimis si rustici de consuetudine tene-
 antur extra domicilium domini præstare servitia, æquum est,
 victum pro hominibus & equis dari Joh. Balthasar. *tit. 4. resol.*
Bavar. n. 11. prout ita Rota Marchic. *in causa* der Unterthanen
 wider ihren Juncker Henning von Knobloch und Hen-
 richs seligen Sohns Vormünder Anno 1611. pronunciatum
 est: Jedoch sollen die Junckern schuldig seyn/ die Unter-
 thanen und ihre Pferde mit nothdürfftigen Essen und Fut-
 ter auf den Reisen zu versehen/ item anno 1614. in eadem
 Curia pronunciatum: Und müssen zu dem Klägere/ wenn
 sie gedachte Land- Führen leisten/ Futter und Mahl von
 dem ihrigen mitnehmen/ wenn aber die Reisen weiter
 gehen/ und über eine Nacht sich erstrecken, liegt Beklagten
 auf solchen Fall ob/ Klägere biß sie zu Hauße gelangen/
 mit Futter und Mahl zu versehen. In Marchia exhibetur
 Recessus Electoris JOACHIMI II. Dienstags nach Diony-
 sii Anno 1550. §. 13. ibi: Als auch die Land- Stände sich
 beschweret/ daß den Bauren von unsern Cammer-
 Gerichte würden Abschiede gegeben/ darinnen den
 Bauren gefakte Dienste gemachet/ und ihren Herr-
 schafften die Bauren zur Zeit des Dienstes zu speisen/
 würde aufferleget/ wollen wir solches ohne Unter-
 scheid zu geschehen abschaffen/ sondern sollen die Leu-
 the jedes Orts/ wie auch auf dem Land- Tage des
 vierzigsten Jahres beschlossen/ dienen/ wie vor Alters,
 und da man sie zuvor in Dienst auch gespeiset, soll es
 noch

noch geschehen, es wäre denn, daß die Leuthe solches will-
lich nachlieffen, und soll es sonst jederzeit jeder in dem
mit seinen Unterthanen halten, wie vor Alters, Dn. Müller
pract. civil. March. rer. forens. resol. 99. n. 108. Sin autem
non constet de certitudine rei, nec de qualitate victus in
hoc vel illo pago, tunc recurrendum est ad consuetudi-
nem in vicinia, vel circulo, aut dioecesi in **Creiß** receptam
l. 18. §. 3. ff. d. instruct. vel instrum. legat. Gilman. in decis.
Camer. Imper. 2. dec. 4. Non solum propriis sumtibus,
sed etiam propriis instrumentis ad eas necessariis tam ani-
matis veluti sunt equi & boves, quam inanimatis præstan-
dæ sunt operæ *l. 8. ff. d. instr. vel instr. leg.* Quid si in-
strumenta, sine quibus domino servitia præstari nequeunt,
à subditis comparata, forsitan rumpantur, frangantur, aut
deteriora reddantur, vel si jumenta moriantur, num ea
subditorum periculo cedant, aut eorum sumtibus reficienda,
vel dominus ea reficere aut restituere debeat? Resp. pe-
riculo subditorum ea cedere, neque dominum ad quic-
quam restituendum teneri *l. 2. §. 1. in med. ad L. Rhod. d.*
jaet. & ita post Jacobin. & Jason. Husan. d. propr. hominib.
c. 6. num. 95. Idem statuit Zorer. *part. 2. qu. 9. n. 722.* Ein
Unterthan muß zu Berrichtung der Scharwerck die
Pferdte / Ochsen / Wägen / Hauen / Schauffeln / &c.
selbst her schaffen / add. Speidel. *Notab. voc. Frohn. Berlich.*
p. 2. conclus. pract. 65. num. 16. & seq. Balthaf. d. oper. subdit.
cap. 15. in fin. Casp. Klock. de contribut. cap. 2. num. 51. Ad-
eo ut si in præstatione operarum plaustra, jumenta vel
reliqua instrumenta rustica ab hostibus vel prædonibus
diripiantur, aut deteriora reddantur, dominus, cui operæ
illæ præstantur, ad damnum subditis refundendum non
obligetur, non enim debet nocere factum alterius ei, qui
nihil

nihil fecit l. 5. §. 5. ff. de oper. nov. nunc. l. 155. d. R. 7. Sixtin.
d. Regal. lib. 7. cap. 13. Balthaf. d. oper. subdit. cap. 3. & res perit
suo domino l. 9. C. d. pign. act.

Th. XV. Quando inter dominum & subditos con-
ventum est, ut operæ præstentur vel loco eorum certa pe-
cuniæ summa solvatur, quæsitum est, num in potestate sub-
ditorum sit præstare operas, vel solvere pecuniam? Resp.
Aut super electione inter partes expresse conventum & in-
hærendum est conventioni l. 10. §. ult. ff. d. jur. dot. aut non
est conventum; & distingv. Aut in favorem domini loco
operarum certa pecuniæ summa à rusticis est promissa, sive,
verba executiva directa sunt in dominum tanquam credi-
torem, & in ipsius arbitrio erit, num velit accipere pecuni-
am, an operas exigere per l. 93. ibique Zas. ff. de V. O. Ripa ad
c. inter cetera 4. num. 70. X. de rescript. aut rusticorum gratia
loco operarum promissio pecuniæ à domino acceptata; aut
simpliciter facta est promissio alternativa; aut dubium est,
ad quem referantur verba dispositiva, & tunc electionum
pecuniam vel operas præstare velint, subditorum est l. 10. §.
ult. d. jur. dot. l. 6. §. 1. ff. d. jur. patron. DD. ad l. 93. d. V. O.
Hartm. Pistor. lib. 3. quest. 4. num. 9. Carpzov. lib. 1. respons.
Elect. 52. Quid, si ultra 30. annos continuaverint subditi
loco servitorum dare Domino pecuniam, aut certos fru-
menti modios exsolvere, num dominus non obstante tanti
temporis cursu, eos ad operas præstandas compellere pos-
sit? Eum posse dicendum est, cum respectu domini exactio
operarum sit res meræ facultatis, cui nunquam præscri-
bitur, & eo ipso, dum pecuniam solverunt rustici, domi-
nus operas percepisse certum est, quia percepit earum præ-
tium juxta l. 25. ff. d. oper. libert. imo sat iniquum foret,
D z ipsum

* (28) *

ipsum dominum electione alterius spontanea & mere arbitraria praescriptionis causam contra seipsum praescribere, & quod magis est, nullo alio actu interveniente praescriptionem eandem in sui praedictum complere debere Casp. Klock. *d. contribut. cap. 2. ubi à num. 65. usque ad num. 77.* hanc controversiam cum rationibus in utramvis partem adductis fusius tractat. add. Mævius *p. 4. decis. 171.* Berlich. *part. 2. conclus. 6.* ubi aliquot fallentias subjungit.

CAP. III.
DE
CVRA ET TUTELA AEDIFICII PRÆDII NOBILIS.

SUMMARIÆ.

- I. Obligantur Subditi ad custodiendam arcem domini tempore belli, excursionis bestis, vel si alia cause honorum vel malorum avertendorum custodiam efflagitant. Cuinam praestetur custodia. Exhibetur quidem custodia, ut tamen victus usitatus subditis praebeatur à domino. II. Omnes subditi, nisi singulariter eximantur, imo nobiles, praedia rustica possidentes ejusmodi servitia praestant; hi tamen per alios serviunt. III. Si plura habeat castra dominus, illud custodiri debet, in quo excubiae solitae sunt. Ad castrum custodiendum tenentur subditi, etiamsi illud penitus sit destructum, sed reaedificatum. Tenentur autem excubias agere foris saltem, non vero intra & in area. IV. Custodiam ejusmodi detrectantes arbitrarie puniendi sunt.

Th. I.

Obligantur subditi ad omnia quæ commodum & securitatem dominorum unquam promovere possunt, non solum reverentiam, sed etiam obsequia, quando opus fuerit, cum vitæ & bonorum periculo, exhibere; parere & comparere juxta illud: Veni, Sta, Redi. Persona quippe domini semper debet esse subdito sancta & honesta *arg. l. liberato ff. d. obseq. patr. prest. Ritter d. homag. num. 139.* Num autem subditi teneantur indistincte vigilare & excubias agere in castro domini, agitata est quæstio in causa Pappenheim/ contra Elgaw/ testante Ruger Ruland, *decis. jur. controv. quest. 23.* Ubi dominus allegavit jura Magistratus, & vires ejus hoc jus sibi competere. Domini vero Assesores ex mente Jacob d. S. Georgio *d. homag. col. ult. vers. an autem domini terrarum distinxere.* Scil. subditos nunc posse cogi ad custodiam in castro nocturnam, vel diurnam, si imminet periculum domino proditionis castri, tempore guerræ, & subsit necessitas custodiendi; vel si pacto & consuetudine ad hoc adstricti sint. Cum vero nulla necessitas vel periculum aut consuetudo allegetur, conclusum est: subditos ea non esse gravandos *Besold. in thesaur. pract. voc. Wachen* Ergo dicendum: Nobiles vel alios dominos subditos suos ad custodiam nocturnam vel diurnam castris suis faciendam regulariter cogere non posse *per text. in l. un. C. ne opera & collator. exig. l. 1. & seq. C. ne rustici ad ullum obsequium devoc. prout de hac materia late disputat Jacob de S. Georg. d. tract. d. homag.* Si vero vel pacto vel consuetudine loci ad hoc munus personale sint obligati, vel sit tempus belli, excursionum hostilium, vel incendiarii grassentur, vel pestis, vel si dominus convivia nuptialia, vel alia honoris causa instruat, custodiri debet ædificium à subditis per excubias,

ne ignis noceat ac incendium arceatur Const. Elect. Saxon. 57. p. 2. rubr. Ob die Bauren und Unterthanen ihrer Herren Rittersitze zu bewachen schuldig. Huc facit Decretum in causa E. G. von Bersdorff / contra Richter / Eltesten und ganze Gemeinde zu Grenzborff ic. Budissa 1682. d. 12. Julii publicatum: Daß Beklagte nebst denen andern Herrschaffelichen Unterthanen nach der Reihe oder Zeche der Herrschafft Rittersitz in Nothfällen / als wenn (1) Kriegs- oder Pest- Gefahr in der Nachbarschafft oder im Lande sich ereignet / (2) die Herrschafft einen öffentlichen Feind hat / der Ihr mit Feuer oder sonst zu beschädigen gedrohet / (3) Mordbrenner in der Nachbarschafft sich erweislich mercken lassen / (4) die Herrschafft so Hochzeiten / Kindtäufe und Begräbnuß ausrichtet / zu bewachen schuldig. Quandoque plures casus adjecta necessitatis clausula exprimuntur, uti ex iis quæ inter G. & die Bürgerschaft und Commun zu M. Anno 1672. d. 11. Febr. transacta sunt, apparet: Hiernechst die Wachten bey den Jahrmärkten / Kirchmessen / Ehren-Gelachen und bey Nothfällen / wie es im Lande gewöhnlich / aufm Hofe zu verrichten &c. Et hæc custodia debetur, etiam si alia servitia & operæ præstentur, quemadmodum ad consultationem W. à G. Anno 1665. responderunt Dnn. Scabini Lipsienses: Habt Ihr euren Unterthanen zu G. B. und S. wegen derer von umschweifenden und in der Nähe liegenden Soldaten / die Wache angemuthet / derer sie sich aber geweigert / Ob nun wohl die Wache bey der Unterthanen gesetzten und schuldigen Frohn-Diensten nicht mit benicmet / noch darunter begriffen; dasern Ihr aber dennoch beybringen müchtet / daß selbige Derter in
gemei-

gemeinen Krieges-Läuſſten begriffen/ oder Ihr abgefagte Feinde hättet/ nach mehrern Inhalt euer Fragen. So wären die G. B. und andere Unterthanen/ über ihre gefagte Dienſte oder Dienſt-Geld/ auch euern Ritterſitz/ der Reihe nach / gegen Reichung Käſe und Brodts/ vermöge Chur-Fürſtl. Sächſſ. Conſtitution, zu bewachen ſchuldig/ B. R. W. Hæc tamen custodia intelligitur de caſtro domini, qui iurisdictionem habet, licet baſſam ſaltem & inferiorem *Conſtit. Elect. Sax. 51. in rubr.* Ihrer Herren Ritterſitze zu bewachen ſchuldig / ibique Carpzov. *def. 6.* & ut ſubditis excubias agentibus debeatur victus uſitatus, qui eſt panis & caſeus, niſi aliud conſuetudine fuerit introductum. *Conſtit. Elect. Sax. p. 2. ibique Carpz. d. 5.*

Th. II. Quando custodia in caſibus prædictis exigitur à ſubditis, præſtant eam omnes, non ſolum viri, ſed etiam mulieres, Nicol. Boër. *decif. 212.* licet quoad viduas aliud velit Ferret. *in addit. ad Guid. Pap. decif. 9.* ruſtici prædia ruſtica poſſidentes, die Pferdner/ ſo Pferde-Güther haben/ coloni, & hortulani, die Hauſeler/ Hinterſaſſen oder Gärtner. *Conſtit. Elect. Sax. 51. ibi.* Solten die Leuthe/ &c. advenæ tamen, qui ſolum conductitias ædes poſſident, excubiis haud ſunt gravandi, cum munus excubiarum perſonale ſit *l. 18. §. 10. ff. de muner. & honor.* inquilini vero & advenæ conductitias tantum modo ædes poſſidentes immunitatem à muneribus perſonalibus habent *l. 6. §. ult. ff. d. muner. & honor.* Carpzov. *p. 2. c. 51. d. 4.* Quid autem de Clericis & Nobilibus in pago ruſtica prædia poſſidentibus dicendum? Clericos ab ejuſmodi vigiliis & excubiis non excuſari tradit Boër *d. decif. 212. num. 6.* Verum contrarium in terris Saxonice obſervari tradit Berlich. *p. 5. conclus. 64.* Nobiles vero ſi prædia ruſtica

rustica possident, ab ejusmodi excubiis non sunt immunes prout Dnn. J. Cri Jenenses Anno 1684. pronunciarunt; per substitutos tamen talia servitia præstari possunt.

Th. III. Si plura castra habet dominus, ea tantum custodiri debent, in quibus excubiæ solitæ sunt fieri Boër. *d. decis. 212. num. 18.* Castris ergo devotis, non singulis novis custodia præstanda, nec in ejusmodi consuetudine odiosa & onerosa extensioni locus est Joh. Gars. *d. expens. cap. 9. num. 7.* Carpzov. *p. 2. c. 51. def. 7.* Plane sive antiquitus constructum sive noviter reædificatum sit castrum, nunquam intra & in area castri, subditi excubias agere tenentur, sed sufficit, si foris custodiam præstent & castra circumambulent, Polyd. Ripa *in tr. de nocturn. temp. c. 50. num. 1.* Berlich. *p. 5. conclus. 64. num. 23.* Carpz. *d. l. d. 8.* & ita Dnn. Scabini Lipsienses 1631. responderunt: **Habt Ihr euch gegen den Erb. Herrn / nachdem Er euch den Rittersitz zu bewachen erfordert / dergestalt erkläret / daß ihr die Wache desselben von aussen herum willig auf Euch nehmen und verrichten woltet; So werdet ihr bey solcher eurer Erklärung billich gelassen / und ihr möget die Wache innerhalb in Hofe zu verrichten / wieder euren Willen nicht gedrungen werden. W. R. W.**

Th. IV. Morosi & custodiam detrectantes subditi manu militari ad custodiendum possunt adigi, & pro qualitate circumstantiarum poena arbitraria affici; prout Dnn. Scabini Lipsienses Anno 1681. Mens. Jun. ad consultationem W. a G. responderunt: **Hat G. W. als Ihr zu Ihm / daß Er seine Aufsartung gebührend nicht leistete / mit Worten gestraffet / Euch als seinen Gerichts. auch Dienst. Herrn nicht allein mit trozigen Reden begegnet / sondern**

dem auch/da Ihr ihn hier auf einen Bärenheuter geschol-
ten/ und zu gebührender Bescheidenheit anermahnet/
mit grossen Sturm aus dem Gemach/ darinnen er ge-
wesen/ gelauffen/ eine vor der Thür daselbst stehende
Partisan ergriffen/ und damit auf Euch loß gehen wol-
len; Nachdem Er aber zurück getrieben worden/ solche
mit sich genommen/ und die Flucht ergriffen/ nach meh-
rerm Inhalt der Beylagen und eurer Frage. So wird
Inquilit dieses Frevels halber auf acht Jahr lang der Ge-
richte des Orths billich verwiesen/ auch zu Erstattung
derer in dieser Sachen aufgewendeten Unkosten nach
vorhergehender liquidation und Richterlicher Ermäßi-
gung angehalten. B. R. W.

CAP. IV. & ULT.

DE

RELIQVO JURE PRÆDII

NOBILIS ÆDIFICIO COM-
PETENTE.

SUMMARIÄ.

- I. *Quamvis Nobiles non possunt braxare cerevisiam ad ven-
dendum, eam tamen conquire possunt in arce vel habitati-
one, in quantum ad usum familiae necessaria est.* II. *In judi-
cio communi dividundo habitatio nobilium inter plures non pot-
est dividi.* III. *Meliorationes factas in ædificium nobilis præ-
dii successores agnati vel dominus heredibus Vasalli melioran-
tis defuncti refundere tenentur. Quid de Jure Saxonico.*

E

Th. I.

Th. I.

PRÆter ea, quæ ratione servitorum & custodiæ adhærent aedificio prædii nobilis, quædam adhuc alia adducenda restant; & primo quidem loco memorandum *braxationis* illud commodum des Bier = Brauens auf dem Ritter = Sig. Expediti quippe juris est in *l. Nobiliores 3. C. d. commerc. & mercat.* Nobiliores natalibus & honorum laude conspicuos & patrimonio ditiores omne mercimonium, quod urbibus perniciosum est, omittere debere, ut inter plebejos & negotiatores facile sit emendi vendendive commercium. add. *text. in l. ne quis C. d. dignitat. lib. 12. Landrecht. lib. 3. art. 66.* & civium potissima esse commercia, quorum commoditates ab aliis non debent iis intercipi *arg. l. unic. C. d. pistorib. & l. ex quo 12. C. d. adif. privat.* Pfeil. extenditur ad braxationem domesticam sive ob necessitatem seu suos domesticos faciendam, Hartmann. Pistor. *obs. 49. num. 13. Moller. 4. semestr. c. 17. Rauchbar. 2. qu. 12. num. 8. Marquard. d. mercat. l. 1. c. 10. num. 66. Mevius part. 2. decis. 2. num. 2 3.* & ita à Dnn. Scabinis Lipsiensibus responsum fuisse refert Pistor. *d. l. quemadmodum etiam ad requisitionem Illustrissimi Regiminis Hannover. Anno 1686. mens. Mart. Magnif. Facultas Jenensis in causa B. & R. zu H. contra W. K. respondit, daß K. auf seinen Rittersitz zu H. Bier zu brauen/ und dasselbe über seinen gewöhnlichen Hauß- Gebrauch Gewinns halber / so wohl in seinem allda befindlichen Krüge/ als auch an andere umliegende Orte zu vertreiben nicht befugt. W. R. W.*

Th. II. Præterea inter res quæ divisionem commode non recipiunt, etiam commemorandum est *adificium*

cium prædii nobilis, der Rittersitz. Quæ autem res corporales divisionem commodam non recipiunt, uni & alteri abjudicandæ, pretium vero reliquis solvendum est *l. 22. §. 1. famil. hercisc. §. 3. l. 55. cod. §. ult. d. offic. judic. D. Hahn. ad l. 20. Wesenb. tit. famil. hercisc. num. 5.* & ita responderunt Dnn. Antecessores Facultatis Juridicæ Helmstädiensis ad Philipp. à Bulzingsleben Heigenrod. Anno 1607. d. 10. Dec. verb. Daß der Rittersitz und was dem anhängig / weiter nicht als unter zwey zu vertheilen / und der dritte davon einen Abtritt gegen billich- mäßige Erstattung zu nehmen schuldig sey. Wie denn solches de re communi, quæ divisionem commode non recipit, aut magno cum damno & detrimento est dividenda, aut quando familiæ dignitas per hujusmodi divisionem minuitur, argumento eorum, quæ tradit Schneidevv. *in act. famil. hercisc. num. 37. & 38. d. action. comm. divid. num. 6.* Inst. cod. Die Rechte und derselben Lehrer verordnen und wollen V. R. W.

Th. III. & ultima. Melioramenta & magnis sumtibus in ædificium prædii feudalis facta, si feudum ad Dominum vel Agnatos devolvatur, heredibus allodialibus restitui vel refundi debent *2. feud. 28.* præsertim & si illud ob belli & hostium pericula munitum. Barbof. *ad l. 8. §. fin. fol. matrim. p. 1. n. 28. 29.* Schrader. *p. 2. part. 9. princ. sect. 2. num. 21. 22.* Et si heres allodialis prædium feudale possidet, uti potest jure retentionis *Mev. p. 3. dec. 368.* Imo non modo heres, sed creditor etiam eodem jure gaudet *Rosenthal. cap. 7. concl. 57. n. 10. & c. 10. conclus. 43. n. 36. ac lit. S.* Verbi gratia: Vidua, cujus dos illata à marito Vasallo in feudum pro eo meliorando versa, aut alius creditor, qui Vasallo ad ædificium feudi reficiendum, vel ad onera feuda-

QK Th 2882

X 3117558

* (36) *

lia solvenda, pecuniam mutuo dedit Carpzov. p. 2. c. 46. d. 26. 29. libr. 4. Resp. 64. num. 12. vid. D. Schvvederus in disput. de Meliorationibus feudi. Tubing. habit. cap. 4. per tot. De jure vero Saxonico aliud obtinet, nec dominus feudi propter ædificia quid præstat heredibus, sed feudum cum ædificio à Vafallo extracto ad Dominum sine ulla impensarum refusione pertinet, propter text. in artic. 21. lib. 2. Land. Recht. Coler. p. 1. decis. 73. num. 3. Imo etiam filii vel alii Agnati simultaneè investiti succedentes pro extracto ædificio nil præstant Carpz. part. 3. c. 31. d. 1. & ita Dnn. Scabin. Anno 1621. responderunt: Hat George von Maxen zu Jeser auf seinen Ritterstz ein Wohnhaus erbauet. So verbleibet solches vermöge Land-üblicher Sächsischer Rechte mit d m Grunde Euch als seinen hinterlassenen Lehei. s: Erben billich / und die Land-Erben seyn dero wegen einige Erstattung von Euch zu fordern nicht besugt /


B. R. W.

T A N T V M !



no.





B.I.G.

Farbkarte #13

Vol. XXIII. Miscell.

*B. N. II, 317
h. 61, 23.*

II K
2882

C. D.
DE

AEDIFICIO PRAEDII NOBILIS

VVLGO:

Von denen Gebäuden derer Ritter- oder
Adelichen Sizen/ derselben Freyh- und Berech-
tigkeiten/ auch denen dazu gehörigen
Frohn-Diensten.

SVB PRAESIDIO

DN. PETRI MÜLLERI, ICTI
CONSIL. SAXON. ET PANDECT.
PROF. PVBL.

AD D. MART. AN. CLO IO. CLXXXVII.
DISPVTABIT

FRIDER. CHRISTOPH Bollmann/

QVEDLINBURGENSIS.
EDITIO TERTIA



I E N A E,
SVMTV IO. BERNHARDI HELLERI 1724.